



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

CXVII. Mag. Dieterich Steinfeld schenkt dem Nicolaistift in Stendal das Patronat über den Altar St. Vincenz und St. Bonifaz in der Petrikirche daselbst, am 6. Mai 1330.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

humane conditioni est possibile, alimentare; Hinc est, quod nos Otto, Dei gracia Dux Brunsvicensis, et Agnes, ejusdem gracia ibidem Ducissa et antique Marchie Domina, recognoscimus tenore presencium, publice protestantes, quod in salubre remedium animarum progenitorum nostrorum, et precipue illustris principis, Domini Woldemari, quondam Marchionis de Brandenburch, nec non in salutem animarum nostrarum, de consensu patris ac fratris nostri, Domini Alberti, ecclesie Halberstadenfis episcopi, sex frusta redituum, sita in villa Osttheren; quatuor scilicet in curia Henningi Ellinge siliginis et ordei, et in West-Osttheren in curia Arnoldi prefecti tredecim modios ordei, in curia Arnoldi de Welle XXIII modios ordei et in curia Petri Rudolphi dimidium chorum ordei, libera ab omni precaria et a quacunq[ue] exactione, quocunq[ue] eciam nomine censeatur, et duos mansos liberos ab omni precaria et exactione, sitos in villa Colbu, quos quondam habebat et possidebat Steinbeke, ad nos jure domini pertinenca, ad altare fundandum et dotandum in honorem gloriose virginis Marie et beate Anne inclite matris ejusdem donamus, tradimus et assignamus pleno jure, renunciantes nihilominus omni jure, quod in ipsis bonis predictis dinoscimur habuisse. Quam donacionem, tradicionem et assignacionem abque cujuslibet impetitione pro Dei et divino culto perpetuis volumus esse temporibus valituram. Que eciam predicta bona pro jure ipsius altaris et pro usufructu ministri ejusdem ad manus honorabilium virorum consulum civitatis nostre Stendal posuimus et duximus sub fidelitatis specie commendanda, salvo hoc nobis et ministro altaris ejusdem, quod altare ejusmodi de consensu predicti fratris et patris nostri, Episcopi Halberstadenfis, expedire visum fuerit, poterit commutari. In quorum recognitionem sigilla nostra duximus presentibus apponenda. Datum Tangermundis, Anno Domini MCCCXXX, in crastino Dominice, qua cantatur Reminiscere.

Aus der histor. Sammlung Heft IV, S. 287.

CXVII. Mag. Dieterich Steinfeld schenkt dem Nicolaiſtift in Stendal das Patronat über den Altar St. Vincenz und St. Bonifaz in der Petrikirche daselbst, am 6. Mai 1330.

In nomine domini Amen. Ego Magister Thidericus Stenvelde, vicarius Ecclesie Sancti Petri in Stendal, Recognosco tenore presencium publice protestans, quod Jus patronatus seu Jus presentandi, quod mihi in altari Beatorum vyncensii et Bonifacii martirum, sito in ecclesia Beati Petri in Stendal, ipsi Ecclesie Sancti Nycolai in Stendal seu capellano, ad quos semper favorem et gratiam habui specialem, duxi perpetue et libere condonandum, Hoc sane prouiso, quod predictum altare nulli, nisi actu sacerdoti vel ei, qui primo anno collacionis secundum statuta sacrorum canonum ad ordines sacras et precipue ad ordinem sacerdotii promoveri poterit, conferri debeat quoquomodo et minister eiusdem altaris ad obedienciam domini decani secundum iusticiam vel gratiam stabit perpetuo Reuerenter et idem vicarius horas Canonicas in ecclesia S. Petri cum plebano diebus singulis et omnibus obseruabit, et ad dicendum vel cantandum missam omnibus et singulis diebus esse debet districtius obligatus. Preterea de omnibus aliis obseruanciis communibus faciet, sicut secundum obedienciam alii vicarii altarium secundum consuetudinem facere consueverunt. Hoc eciam saluo, quod mihi seu Ecclesie havelbergensi, quam diu vixero, Ad pre-

dictum Altare jus integrum maneat presentandi. Datum Stendal, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXX., dominica, qua cantatur Cantate, post pascha.

Nach dem Original im Besitz der Petrikirche.

CXVIII. Markgraf Ludwig verleiht die Münze in Stendal auf 15 Jahre an Bürger daselbst, am 24. August 1333.

Anno M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Tricesimo tercio, in die B. Bartholomei, contulimus discretis viris Ade de Grabowe, Arnoldo Billenwerde, Johanni de Letzeke, ciuibus nostris in Stendal, eorumque veris heredibus medietatem monete nostre in Stendal a tempore quo expirabit terminus Valkonis, cuius ibidem, per quindecim annos continuos in antea subsequentes habendam, gubernandam, quiete et pacifice possidendam, Cuius falconis terminus expirabit in die beati Georii nunc proxima, ad vndecim annos. Et ipsi predictam monetam seruabunt et regent, prout per ceteros monetarios hactenus est seruatum, Ita quod quevis marca subsistat pura et alba licet in ipsa vnus lotum et IIII denarii deficiant et quod XXVIII solidi denariorum Brandenburgensium cum IIII denariis debent marcam in pondere continere. Cumque antiqui denarii prohibentur, extunc per circulum illius anni nullus debet emere cum denariis antiquis, sed cum denariis nouis, qui noui denarii exire debent octauo die ante festum beati Jacobi. Si vero denariis dictorum monetariorum varam decreuerimus adhibere, hoc nusquam licebit, nisi in eorum fabrica vel in capforum assere eorundem. Et si alibi quam apud dictos monetarios vel eorum capfores falsi vel non datui denarii inuenirentur, pro huiusmodi excessibus iam dicti nostri monetarii non tenebuntur vllatenus respondere, et si forte vnus excefferit in moneta, hic solus illum excessum secundum gratiam emendabit et innocentes erunt alii et indempnes. Preterea districte inhihemus, ut nullus audeat denarios in terra nostra antiqua Marchia comburendo purificare aut examinare ad ulationem argentum aut cambire denarios, nisi de predictorum monetariorum nostrorum certa scientia et voluntate, sed solummodo aurifabri poterunt comburere argentum pro necessitate sui operis et non magis. Insuper si aliquem ex dictis monetariis medio tempore vel ante tempus mori contigerit, tunc heredibus suis vel amicis suis propinquioribus, si heredes non fuerint, firma tenere debebimus hec omnia prenotata. Inhihemus etiam sub pena rerum et corporis, ne quis cristianus vel iudeus denarios graues aut leues eliciat vel eligat per aliquam libram vel instrumentum, quod Zegher dicitur, vel instrumentum aliud qualecunque, statuentes quod quicumque comprehenderit talia committentem, deprehendens quartam partem tollit excessus illius et ciuitas, in qua deprehensus fuerit, quartam partem et nos mediam partem nostris vsibus referuamus. Nullus etiam dictis nostris monetariis varam inferre presumat sine nostro consensu certo et expresse.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. V, I. C. 4a. des Geh. Staats- und Kab.-Archives. In dem Copialbuche folgt hierauf unter No. VI. und unter der Ueberschrift Eorundem annorum collatio facta aliis personis infrascriptis die Notiz: Eodem die et loco. Contulimus Ar. et Jord. fratribus dictis Vleismanger (sic), nec non Cunrado hyden, ciuibus in Stendal, eadem bona supra notata.